



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXIII. Des Bischofs Heinrich von Brandenburg Vertrag zwischen dem Lorenz-Kloster zu Magdeburg und Meinhard, Jnhaber der Kirche zu Menz wegen der Hospital-Kirche bei Königsborn, vom 23. August 1275.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

quod pia deuocione moti ecclesiam de morditz nostre dioecesis, in qua ius patronatus ad eos pertinuit ab antiquo, donauerunt et concesserunt liberaliter monasterio sancti laurencii in ciuitate magdeburgensi pro suorum remedio peccatorum cum omnibus libertatibus et proprietatibus pertinentibus ad eandem Supplices nichilominus deuote, quatenus donacionem huius ratihabicione condigna curaremus effectum mancipare. Nos itaque tam ipforum, quam eciam deuotarum eiusdem monasterii dominarum piis affectibus annuentes donacionem et concessionem prefatas tam ratihabicione consensus nostri, quam eciam presentis scripti robore communimus, volentes libenter in posterum ad obtinendum debite et plenarie firmitatis robur interponere partes nostras. Datum Anno domini M^o CC^o LXXV^o, XVII^o Kalendas aprilis.

Aus dem Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 66.

XXIII. Des Bischofs Heinrich von Brandenburg Vertrag zwischen dem Lorenz-Kloster zu Magdeburg und Meinhard, Inhaber der Kirche zu Menz wegen der Hospital-Kirche bei Königsborn, vom 23. August 1275.

Henricus, dei gratia Brandenburgensis Episcopus, vniuersis prefens scriptum viris salutem in filio virginis gloriose. Varietates temporum et multitudo tractatum nostram infirmant memoriam, ideoque necesse est, ut adiuetur uoce testium et testimonio litterarum, si aliqua agimus, que debeat obliuio, recursus ad scripture testimonium habeatur, Notum igitur esse volumus et attestacione presentium publice protestamur, quod nos ad sopiendam controuersiam, que uertebatur inter conuentum beati laurencii in Magdeburg ex vna parte et Meinardum, rectorem ecclesie Mentiz ex altera super capella hospitalis apud Konigesborne propter bonum pacis diuifimus capellam Gubiz ab ecclesia pechow, ad quam spectabat tanquam ad eius matrem, accedente assensu Johannis plebani pechow, Meinardo curam animarum dicte capelle cum tribus villis adiacentibus scilicet Gubiz, willis et Ce bek lere contulimus cum singulis prouentibus, qui proueniunt ex eis intuitu ecclesiastici beneficii, quam diu vixerit in hac vita, postquam autem dictus Meinardus de medio fuerit sublatus, volumus et precipimus sub anathematis interminatione, ut ad ecclesiam pechow, cuius est filia, saluis omnibus prouentibus reuertatur. Ceterum prepositus, qui pro tempore fuerit ecclesie beati laurencii, dabit eidem Meinardo sacerdoti annis singulis chorum filiginis et hoc in die omnium sanctorum in restaurum XX solidorum, quos habuit in curia eadem in beneficium ad tempora vite sue. Ne vero in posterum super isto cuiquam hominum dubietas oriatur, presentem paginam conscribi fecimus et per manum nostri notarii, Hildebrandi, plebani in Klefic, sigilli nostri munimine roborari. Nomina testium, qui isti facto interfuerunt, sunt hec: Magister wolterus, plebanus in Segezere, Lodewicus, viceprepositus in berlin, Johannes, plebanus in pechow, alii quam plures. Datum Magdeburg, Anno domini M^o CC^o LXXV^o, X^o Kalendas Septembris, pontificatus nostri anno XII^o.

Nach dem Original h. N. Lorenz-Klosters zu Magdeburg No. 24 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.